

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja krakowska

Rękopis Biblioteki Uniwersytetu Wrocławskiego, sygn. II Q 4, k. 8v

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 27 [Gn. 24]

[27] XXVII. <De exempcione filii inculpati scilicet pater, capitulo LXXXVII^o ^a>

XXVII. <de domino et servi precio ^a> Et quivis <quis ^b> vir iure suo^c reprobatus potest filium ter excipere, quem habet in potestate, coram iudicio pro quolibet crimine capitali tacto sacramento metseptimus secundum ius municipale. Si autem pater cum filio simul in eodem crimine inculpati fuerint, extunc pater filium eximere non potest, nisi prius se de eodem crimine expurgabit. Famulus potest mercedem suam, quam promeruit, quinque solidos tacto sacramento probare, ita si sibi dominus consentire voluerit. <merces servorum ^a> Si autem dominus iuraverit tacto sacramento mettercius, quod sibi persolvit, tunc propius est evadere, quam famulus prorestare. Si autem famulus suam mercedem super dominum suum obtinuerit coram iudicio, pro eo dominus iudici nullam penam demeretur, sed dominus famulo eandem mercedem eadem die solvere tenetur indilate. Si alter alterum pro vino aut alio potu inculpare voluerit, evadat ut aliud debitum, in quo nullum dominium ostendere poterit aut protestare.

^a dopisane jaśniejszym inkaustem przez autora podstawy; ^b nadpisane jaśniejszym inkaustem przez autora podstawy; ^c nadpisany znak, niewykluczone rum

[hasła: syn, ojciec, zastępstwo, przysięga, samosiódm, współprzysiężnik, sługa, pan, uwolnienie od skargi, samotrzeć, dług]